

130. Frigus nihil aliud est quam privatio motus ignis producta a salinis, similibusque particulis, quae instar cuneorum in poris corporum figuntur.

131. Fluiditas corporum oritur a levitate minima unione, ac rotunda figura suarum particularum.

132. Corpora dura sentiuntur, ex eo quod particulis componantur hamosis, uncinatis, et dentatis invicem implicatis, ut corporibus duritatem largiantur.

Ethica.

133. Mundum hactenus universum, illiusque auctorem contemplavimus: restat ergo, ut scientiam, quae intellectum, atque voluntatem dirigat ad illud supremum numen, in quo omne nostrum desiderium quiescit, in palestra exponamus.

134. Huius moralis scientiae obiectum materiale sunt ipsi actus humani; formale vero ordo in illis a prudentia factus.

135. Actus humani, qui a recta voluntate deliberatione fiunt, in aliquem finem tendunt, qui si ultimus est, unicus esse debet, atque in eo perfecta hominum felicitas est collocanda.

136. In adstauenda felicitate varii varios excogitarunt error: quidam in divitiis; in honoribus alii: quidam in gloria et fama; alii in voluptatibus eam reponebant. sed; propter dementiam auctibus suis digna

